Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

respondens ait. Omnis plantatio quam
non plantavit pater meus celestis.
eradicabitur. Sinite illos. ceci sunt du
ces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum
prestet. ambo in foveam cadunt. Respon
dens autem petrus dixit ei. Edissere no
bis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc
et vos sine intellectu estis? Non in
telligitis quia omne quod in os in
trat. in ventrem vadit. et in secessum emit
titur. Que autem procedunt de ore.
de corde exeunt. et ea coinquinant
hominem. De corde enim exeunt co
gitationes male. homicidia. ad
ulteria. fornicationes. furta. falsa
testimonia. blasphemie. Hec sunt
que coinquinant hominem. Non
lotis autem manibus manducare. non
coinquinat hominem. Et egressus inde
ihesus secessit in partes tyri et sydonis.
Et ecce mulier chananea a finibus
illis egressa. clamavit dicens ei. Mi
serere mei domine fili david. filia
mea male a demonio vexatur. Qui
non respondit ei verbum. Et accedentes
discipuli eius. rogabant eum dicentes.
Dimitte eam. quia clamat post
nos. Ipse autem respondens ait. Non sum
missus. nisi ad oves que perierunt domus
israel. At illa venit. et adoravit eum
dicens. Domine adiuva me. Qui
respondens ait. Non est bonum sumere
panem filiorum et mittere canibus. At il
la dixit. Etiam domine. Nam et catelli e
dunt de micis que cadunt de mensa
dominorum suorum. Tunc respondens ihesus
ait illi. O mulier magna est fi
des tua. fiat tibi sicut vis. Et sa
nata est filia eius ex illa hora. Et cum
transisset inde ihesus. venit secus
mare galylee. Et ascendens in montem.
sedebat ibi. Et accesserunt ad eum
turbe multe. habentes secum. mutos.
cecos. claudos. debiles. et alios mul
tos. Et proiecerunt eos ad pedes eius.
et curavit eos. ita ut turbe mira
rentur videntes. mutos loquentes.
claudos ambulantes. cecos viden
tes. et magnificabant deum israel.
Ihesus autem convocatis discipulis
suis dixit. Misereor turbe. quia iam
triduo perseverant mecum. et non habent
quod manducent. Et dimittere eos
ieiunos nolo. ne deficiant in via.
Et dicunt ei discipuli. Unde ergo
nobis in deserto panes tantos. ut
saturemus turbam tantam. Et ait
illis ihesus. Quot panes habetis?
At illi dixerunt. Septem. et paucos
pisciculos. et precepit turbe. ut dis
cumberent super terram. Et accipiens
ihesus. vii. panes. et pisces. gratias
agens fregit. et dedit discipulis su
is. et discipuli dederunt populo. Et co
mederunt omnes. et saturati sunt.
Et quod superfuit eis de fragmentis.
tulerunt. vii. sportas plenas. Erant
autem qui manducaverunt. iiii. milia
virorum. extra parvulos et mulieres.
Et dimissa turba ascendit in na
viculam. et venit in fines magedan.

Cap. xvi.

Et accesserunt
ad eum pharisei et saducei
temptantes. et rogaverunt
eum ut signum de celo ostenderet
eis. At ipse respondens ait. Facto vespe
re dicitis. serenum erit. rubicundum
est enim celum. Et mane. hodie tem
pestas. rutilat enim triste celum. Faciem
ergo celi diiudicare nostis. signa autem
temporum non potestis scire. Generatio
mala et adultera signum querit. et sig